

PRÆNOTIONES
 CONTRA
 INDIFFERENTISTAS
 QUI SUNT EX FANATICORUM
 NUMERO
 CVSTODIENDÆ.

PRÆNOTIO I.

PRæpotens illud ἀδιαφορίας, sive Indifferentismi, vitium non saltem inter Naturalistas regnat, sed cumprimis inter Fanaticos, quorum ille est γνησιώτατος fanaticus, qui Indifferentistam crassissimum agit, ut nuper quidam Bremæ contra CL. Edzardum scripsit, verum Christianum Indifferentistam esse debere. Ea quidem, quæ hactenus aduersus Naturalistarum Adiaphorismum disputavimus, subtiliora sunt, quam ut Fanaticorum vulgus ea capiat, quicquid tamen eorum percipere potuerunt, id sane displicere sibi adeo non sunt passi, ut vel de Scepticismo Fanaticorum peculiare Schediasma conscribi posset. Præsertim palmarium illud, de omnibus dubitandum esse, Fanaticos fautores habet. Sic Val. Veigelius in ἑναυτοῖς

σεαυτοῖς